

teris membris, communicari. Idem
astruere videntur sacrae literæ, i. Re-
gum: dedi tibi cor sapiens & intelli-
gens, Gen. 6. cuncta cordis cogita-
tio mala, & S. Paulus Rom. c. 1. ha-
bere hominem, in cordibus suis scri-
ptas leges, afferit. Ergo ab illo velut
membro principali & instrumento
proximo, nobilissima actio exerce-
tur, & exin omnes alia dependent
ac gubernantur.

Cum ex spiritibus vitalibus è cor-
de in cerebrum delatis, generentur
spiritus animales: & corde male
disposito, illicè etiam vitium in spi-
ritibus animalibus observetur. Quin
& ingenii præstantia & Rationis
~~exigua~~ in primis à corde dependeat,
vel exin liquet, cum eo perturbato,

ex animi pathematis aut discrato,
statim ipsa etiam mens languida ap-
pareat, sua ritè obire munia impe-
dita.

Quibus obtigit cor justâ crasi do-
tatum, præsertim calidiore, ii. præva-
lent solertia & perspicacia ingeniorum:
Si vero magnus contingat in
calore excessus, tum Ratio everla de
suo statu, perperam discurrat, & ma-
niam invehit.

Si frigidæ affectum intemperie,
hebetudo & stupiditas mentis est
conspicua. Exin relucet, quod in
prænominati Medici capite, exigua
cerebri portione residuâ, facultates
animales inviolatae, acceptam ferendam
Cordi, suos influxus commu-
nicant.

EPISTOLA XVI.

Relatio de Manna in superiori Styriâ, in quibusdam mon- tibus, depluente, si astas solito fervidior.

MSi Manna constet ex
vaporibus & halitibus
pinguis ex arboribus
resiniferis, & plantis,
consimili succo prædi-
cis, à radiis solaribus attractis & no-
cturno frigore, in media aëris regio-
ne, coagulatis, ramen, quin mare fo-
mentum maximè conferat, multum
pinguedinis in se continens, ipsa
contestatur experientia, cum Man-
na copiosius proveniat in locis à
mare circumdatis, ut in Lybiâ, Ara-

biâ, Siciliâ, Calabriâ. Et si res ita se
habere videatur, tamen quin etiam
descendat in locis à mari remotis,
sed rariùs & parciùs, haud abs re, lu-
culento comprobare exemplo, præ-
sertim in Germaniâ. Cum ante an-
nos 55. Illustrum Styriæ superioris
Provincialium Medicus ordinarius
constitutus, in metropoli Judenbur-
genst mecum habens domicilium,
per septennium ibi conanoratus,
dum ingruente Religionis refor-
matione, & ego discedere sum coactus,
à meo

à meo ibi hospite (nam tum adhuc in cœlibatu vixeram) Dn. Joh. Ge-
benhofero, Viro consulare cognovi,
cum oppidum illud montibus cin-
etum, qui scatent arboribus resinife-
ris, & plantis pingui succo dotatis,
non quidem singulis annis, sed æsta-
te tantum fervidiore, Mannam fat
copiosam cælitùs delapsam, reperi-
ri foliis arborum adhærescentem
conspici, exin mihi in votis, ut offer-
etur occasio, rem illam in Germa-
nia insolitam, meis oculis usurpandi,
laus & gratia sit superis, quadam
æstate circa mensem Augustum,
cum summo diluculo in vicinum
montem ascendisse, inquirendo-
rum simplicium causâ (cum ibi in
copia succrescant Nardus celtica,

Rhodia radix, Gentiana major) meo
conrigit potiri desiderio, à famulo
meo ad editorem locum deductus,
qui prior conspicatus arbores candi-
cantes, & cum proprius accessisse-
mus, depræhendimus illas Manna
obduetas, quasi nive cōspersas, cum
singulari animi voluptate spectan-
do. Post triennium, cum essem vo-
catus ad Illust. & Gener. Dn. Dn.
Andream, L. B. de Stubenberg / ex
colicâ graviter decumbentem, inar-
ce Gravenburg / (quæ sita supra mō-
tem excelsum & tribus tantum mil-
liaribus distat ab illo oppido) & fa-
mulus meus quadam matutinâ ex-
spatiatus, in vicinis locis montanis,
se consimilem vidisse materiam fo-
liis arborū insidentem, mihi retulit.

EPISTOLA XVII.

*Ad quendam Philiatrum contra eos, qui semini fæmineo dero-
gare solent non solum principium actiuum, seu facultatem
plasticam, sed & negant principium materiale.*

Nter Medico-philoso-
phos factionum res est,
dum plerique semini fæ-
mineo principium acti-
uum & materiale attri-
buunt, pauciores vero, præsertim
Aristotelis Sectatores, inter eos D.
Casparus Bartholinus Danus, illi
patrocinando, semini fæmineo vim
quidem plasticam adimit, sed in eo
divortitum facit, principium mate-
riale non sanguini menstruo, sed il-

lius semini assignans, ad id statuen-
dum impulsus à monstribus ex diverso-
rum animalium concubitu progeni-
tis, matris similitudinem ac formam
referentibus: his omnibus se oppo-
nit quidam Neotericus, ab Aristote-
lis sententiâ ne latum unguem rece-
dens, utrumque negat, semini fæ-
mineo non solum derogando fa-
cilitatem plasticam, sed & infici-
endo principium materiale, id san-
guini menstruo imputando.

Notum